Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Proteus ofte Minne-beelden verandert in Sinne-beelden

Cats, Jacob

Rotterdam, 1627

Dum spiras, spera

urn:nbn:de:bsz:31-101049

Visual Library

CVm vitæ noſtræ decurſus continuam peccatorum ſeriem præ ſe ferat, nihil miſeris ſolatii reſtare, facilè colligimus, niſi Deus quiſpiam nobis adſit, cui vita continua benevolentiæ ſcaturigine placidè decurrat. Talis autem in omni rerum natura ſolus tu, mitiſſime Ieſu, cujus animum ab omni aſperitate alienum quoties intueor, toties extra ſpem poſitus ſperare tamen audeo. Moyſen miracula edidiſſe legimus, ſed Aegyptum afflixiſſe: Eliam, ſed cælum clauſiſſe: Eliſæum, ſed belluas in pueros evocaſſe: Petrum, ſed homines morte multaſſe: Paulum, ſed Elymæ viſum ademiſſe. Tu verò, qui mel merum, aut piſcium multitudinem in retia egiſti, ut cibus largior homini ſuppeteret; aut aquam in vinum mutaſti, ut potus liberior ſufficeret: Tu motum paraliticis, viſum cæcis, ſermonem mutis, ſanitatem ægrotis, munditiem leproſis, mentem ſanam dæmoniacis, vitam mortuis reddidiſti: In nullum tu durus, niſi in ventos, ſed quia ij in homines dari: niſi fortè in ficum, ſed quia fructum non ferret: niſi fortè in diſcipulos, ſed cum pœnas cogitarent. Licet ergo conſcientia, peccatorum mole, ingruat, nunquam me deſperatio ad laqueum, ſemper pœnitentia ad Chriſtum evocabit.

NAdemael ons gheheele leven niet anders en is, als een gheſtreckte keten van alderley ſonden: ſoo hebben wy billicklijcken te dencken, dat voor ons gheen trooſt voor handen en is, ten zy wy eenich Goddelijck weſen opſporen, wiens gheeſt in teghendeel niet anders en zy als gheheel ghenade en goedertierentheydt. Ende nadien ſulcx by dy alleene te vinden is, Heere Ieſu, ſoo willen wy op dy alleene hopen, oock dan, als wy buyten hope zijn. Want ſiet! niet en is by dy oyt ghedaen, of gheſeydt, als tot voordeel der menſchen. Moyſes heeft ('tis wel waer) wonder-wercken ghedaen, maer Ægypten gheplaecht. Elias, maer den hemel gheſloten. Eliſæus, maer kinderen doen verſlinden. Petrus, maer menſchen ghedoodt. Paulus, maer Elymam met blindtheydt gheſlaghen. Maer du, Heere Ieſu, hebſt dyne wonderdaden als van melck en honich doen overvloeyen: Hier hebdy, menichte van viſſchen inde netten beſloten, tot volheydt van ſpijſe: daer, water in wijn verandert, tot overvloet van dranck. De gheraeckte hebdy beweginghe, de blinde het gheſichte, de ſtomme de ſprake, de ſiecke gheſondtheydt, de melaetſche reynicheyt, de beſetene goede ſinnen, de doode 'tleven gheſchoncken. Over al zydy dan goedertieren gheweeſt, nerghens ſtraf, behalven teghens de winden, maer om dat die ſtraf waren teghens de menſchen. Behalven teghens den vyghenboom, maer om dat die de menſchen gheen vrucht en gaf: behalvens teghens uwe jongheren, maer om dat die de menſchen wilden ſtraffen. Niemandt is dan uwe vyandt, als die vyant is van de menſchen. Mits welcken, hoe groot mijn miſdaden zijn, ſoo en ſal my noyt de wanhope totten baſt, maer altijdt de hope tot Chriſtum afleyden.

ESA. 9.

HAbitantibus in regione umbræ mortis, lux orta eſt.

BERN. SERM. 7.

SI inſurgant adverſum me prælia, ſi mundus ſæviat, ſi fremat malignus, ſi ipſa caro adverſus ſpiritum concupiſcat, in te ſperabo, tu arundinem quaſſatam non franges.